

ACCLAMATIONES ÆSTIVÆ

IN ACADEMIA LIPSIENSI

RECTORE MAGNIFICO

Viro Summe Reverendo & Excellentissimo

DN. JOANNE SCHMIDIO,

SS. Theol. D. & Prof. Publ. Extraordinario, Eloquentiæ Ordinario, Acad. Decemviro, Alumn. Electoralium Ephoro, Facult. Phil.

& Collegii D. Virginis Seniore,

PRO-CANCELLARIO GRAVISSIMO

Viro Præ-Nobilissimo & Excellentissimo

DN. JO. BURCKH. MENCKENIO,

Phil. & Jur. Utriusque Doctore, Potentissimi Poloniar. Regis & Electoris Saxonix Confilario & Historico, Histor. Prof. Publ. Fac. Phil.

Affess. Majoris Principum Collegii Collegiato, & Regiæ Societat.

Britannicæ Membro,

DECANO SPECTABILI

Viro Præ-Nobilissimo atque Excellentissimo

DN. ULRICO JUNIO,

Mathem. Prof. Publ. Fac. Phil. Affessore & Maj. Principum Collegii Collegiato,

PHILOSOPHIÆ ET BONARUM ARTIUM
DOCTORIBUS SIVE MAGISTRIS

XVI. Calend. Martii A. S. M DCC XV & ab U. C. CCCVI

SOLENNISSIME CREATIS

factæ

à


JOH. HEINRICO ERNESTI,

Poef. Prof. Publ.

LIPSIÆ, Literis IMMANUELIS TITII.

AD LECTOREM BENEVOLUM.

Æ Statem niveis ferventem inducimus arvis.
Res an conveniat fortè, & an apta rogas?
Quid dubites? Equidem fieri, quæ justa, videmus.
Sed se sepe addunt abjicienda bonis.
Quæis opus est, constant prognata animalia membris.
Est tamen &, cum fors res mutilare solet.
Nonnunquam erigitur, quam non, extractio, culpes.
Sæpe autem crux est edificata domus.
Optima conjugii pronuncio fœdera, pauper
Si simili, juvenis non vetulaque datur.
Sed tamen & census grandes junguntur egenis,
Ætati & tenera nubere gestit anus.
Quàm recta, imo magis grati monstrosa docemus.
Quid mirere, estas si paradoxa juvet?



F. N. R. F.



*P*ergimus, & circa partes versabi-
mur anni

Ulterius, versu dantes, quas proferet
estas

In lauri Sophica praconia justa figu-
ras,

Hyberno ante duos ut schemate lusimus annos,
Festa velutque sonant per lusus proxima vernos.
Magnifico totum Pindum qui dirigit ostro,
Prima feret SCHMIDIUS laudum documenta mea-
rum.

Nam velut aëstivus seu terret fulmine terras
Sol, seu pacatum praestat messoribus orbem,
Sic in peccantes mittit sua fulgura Musas

A 2

Is,

Is vultusque facit tibi splendere serenos,
Quae studiis varias non fessis colligit artes.
Principis auspiciis, MENCHI, qui premia portas
His sophericis factus Pro-Cancellarius orsis,
Accipito dictos fastis à Principe menses,
Romanorum ornet, qui cæpit, sive Monarcham
Julius, Augusto memoretur sive secundus.
Qui prior his legitur fuerit sed Junius aptus,
Pansophericis qui nunc turbis dat jura, DECANO,
Et qui prima simul censorum portio. Quippe.
Nomen commune est. Mense hocque altissimus ut
sol,

Sic in Pansopherico Sophericum caput ordine summum.
Quin doctrina rosas & suavia lilia fundit,
Flore hoc ut tempus gratos hoc spirat odores.
Qui juvenum explorant, reliquos, examine vires,
Tempora quae promunt, signabunt symbola, messis.
Fasces ERNESTUS constringit compede farris,
Non unis tortor vinculis in verba Poëta.
Mergite terquino sociat LUDOVICUS acervos.
Omnia nam Logicus valet ordine ponere justus.
CRELLIADES culmos canos prius imo secabit.
Arte sua in varias nam dividit entia partes.

JOH.

JOH. CHRISTIANUS RIEDELIUS,

Cygneæ Misnicus, Pastor Mariævallisensis.

A summo merito procedit Numine carmen.
 Omnia, primum igitur, quod Sabbata, profero, quot
 Ex solenni, æstas attingit, nomina Festo
 Tracta gerunt, in quo Domini est celebratio trini.
 Et Tibi res apta est, *Riedeli*. Quippe sacerdos
 Tempa hac ornabis, dum dant, quas imbibis, artes.
 In patriis epulo *Leusnero* & Lazarus oris
 Traditur, & multis quæ facta est, cœna *Vinboldo*,
 Peccantunque, *Thymo*, quantus Salvator amator,
 Waldenburgenfis conversio prima Sionis
 Qui nunc est. Sequitur quod, Lipsia promere pergît.
 Ostendit mores justos *Menckenius*, olim
 Qui mores rexit, Petrum verboque vocatum
 Tractando *hoc Genitus*. Scribarum vincere veris
 Justitiam meritis docuit *Cyprianus* & *Hardtus*.
 Fractis *Pezoldus* cophinos & *Mentzius* implent,
 Damnantur falsi *Ludovici* ex ore Prophetæ.
 Quam lucis, mundi est prudentia major *Abichro*.
 In fletus Solymæ *Wernerum* excidia solvunt.
 Census qui redimit *Schmidio*, dum templa frequentat,
 Plus valet, inslatus quam qui jejunia jactat.
 Das surdo & muto, *Rechenbergere*, loquelam.
 Bigæ *Oleariadum* Samaritæ pharmaca profunt,
 Amplius haud alter mundi ut medicamina quærât.
 Æstatis sancta est ô quanta scientia sanctæ!
 Sed fas est reliquas anni sua jungere partes.
 Et sic angelicas operas *Blumbergius* infert,
 Qui thronus in patria primus. Sic munera vera
 Atque hyemis *Seeligmannus* dominatio celsæ
 Princeps atque Gener post hunc *Pippingius* aulae
 Monstrant, Doctores donec Tibi Lipsia fovit.
 Christusque imprimis intrat sic pectora, quo si
 Virginis æthereæ Vallensem erexeris ædem,
 Quam *Patria* ulterius præstabit grata *Senatus*!

In æstate fe-
 riatæ habenda
 dæ Dominica
 omnes post
 Trinitatis ap-
 pellatæ.

JOH. PAUL. BECKER,
Weisenfels. Pastor Marcwerb. & Obschuzensis.

Festum Johan-
nis Baptistæ in
initio ætatis
coli solitum.

QUI præcursor erat Domini, Tibi sume Johannem,
Beckere. Haud equidem Te præcessisse salutem
Partam, perspectum est, lequeris tamen ipse sacerdos,
Officiumque facis sic, quod baptista peregit,
Mella Evangelio proponens legeque bilem.
Cantavit nato pater haud clauso ore *Johanne.*
Weisenfelsensis genuit Te *Musicus* orbi.
Crevit præcursor, dum munera Spiritus auxit.
Non male transactam sistis, *Beckere,* juventam.
Quam non privatis placuisti hac sorte *Magistris!*
Dic, quam non patria vegetaverit *Hæmus* in urbe!
Hoffmannus dum Te, dum Te *Premperus* amabat
Lux Pindi inferior, summusque *Hüblerus* Apollo.
Acta ante officium *Musa* Augustea veretur.
Schieferdeckerus deserti habitacula norat.
Stangiada ex textis vestis confecta cameli est.
Nectare sylvestri complet *Gutbierius* obbas.
Mensis ornandis fert *Listheniusque* cicadas.
Lipsia, quæ doceas & quæ facienda, ministrat.
Itigius clivos, *Reckbergerusque* parabant.
Ostendit Dominum digitis *Cyprianus* & *Hardtus.*
Humectat *Seeligmannus Schmidiusque* fluentis.
Agnum portantem nævos *Pippingius* orbis
Ingerit atque *Oleariadum Natusque Paterque*
Sanctorum, & clausæ pars *Hornius* annua cryptæ,
Functaque *Güntberus,* *Wernerus* vivaque Svada.
Pfauzius ex alto videt & *Dicelius* ortum.
Blossius ad fœdus sanctum & *Gasgenius* ibant.
Erexit faustæ *Ludovicus* cornua vitæ,
Vocemque ex cælo lapsam *Weidlingius* audit.
Talia baptistæ celebrant solempnia templis.
Id sed ne speres. Tibi magna est gloria, quod Te
Post Numen foveat *REX* Illustrissimus Heros,
Et Patriæ sol & lux clementissima *PRINCEPS.*

HOL

J A C O B U S Gering,

Lipſienſis.

Nescio quos viles offers in nomine vultus,
Geringi, in patriæ sensu si sumfero linguæ.
 Fœnificam, non pecco igitur, si laudibus aptem.
 Namque magis fœno contemptum & gramine nil est.
 Interea haud parvas dant tradita symbola laudes.
 Namque places lingvis, sophicare, doteque sancta.
 In linguis pratum maturum falcibus adfers,
 Floremque inducit Dresdani *Lempius* Hæmi
 Nunc cythifus, mente hærens penitûsque chamætrya,
 Hippofelinum ipsis Phœbique *Hebestreitius* hortis;
 Mille ut vestitis ipectas in tractibus herbas,
 Quarum aliæ fundum velis viridantibus abduunt,
 Porrectos aliæ caules ad fidera vertunt.
 Doctrinæ Sophicæ *Rüdgerus* scribitur autor.
 Materiam, hucque offert, messor queis demetit, actus.
 Principio ad medicos profunt quæ colligit usus.
 Sicque nova & quæ vix credentur, pharmaca quærit.
 Mox ferro ad pecudum crescentia pabula cædit.
 In longam seriem congesta a falce secantis
 Per totum rastro dentato distrahit arvum,
 Dissecta arefcet soli ut sic tradita moles.
 Per noctem penitus cumuli haud sunt arida parvi.
 Major sicca fatis capit & comprehendit acervus.
 In venturæ hyemis complet fœnilia casus
 Ad sacras studiis tendens *Olearius* escas.
 Nam cumulos novi hanc in currum attollere furcâ,
 Ordinibus cautum sublataque ponere justis,
 Arbore per currum firmare locataque longa,
 Ad fines positis non rarò frondibus omnes.
 Horrea sic farcitque abiens, & claudere iussit.
 Quo veritas post hæc, *Geringi*, videris ipse.
 In sicco cubuit Dominus modo gramine natus.
 Quæ sic parta orbi, tua si per symbola vulges,
 Non erit utilius, possis quod tradere, fœnum.

Fœnificium.

JOH.

JOH. CHRISTIANUS POLCKE,

Vratislavia Silesius.

Infecta vegetabilibus in æstate impi-
mis mors.

N*euannus* patrii dux & lux prima Sionis,
Polki, in magna obiit sacrați incommoda cæctus.
Hæcque equidem fuso deploras funera fletu.
Sed finitū obferuo, quod Tu moriaris & ipse.
Ut mors est fenfu non namque valentibus æftas,
Arboream vel dum vitam cum gramine perdit
Ardore, aut factas maturas colligit arvis
Fruges, aut pulchros caufa est flaccescere flores,
Amplius haud sic Tu concedis vivere, quicquid
In cladem rerum natum est crescitque bonarum.
In patria has positas *Neumannus* viderat urnas
Ante, suis manes quam manibus auxerat. Ivit
Exequias multas factas sic *Kranzius*. Abdit
Sic *Kupfenderus* conspecta cadavera cryptis.
Fecit idem pars nunc *Daschirzkius* una sepulchri,
Et partes cumulans terræ *Hocheisenius* imas,
Et qui vivus adhuc per totum *Stieffius* Hæmum
Orbis nex sævit morbus morsusque nocentis.
Distincte enumerat, quas fecit, Lipsia clades.
Eusebicus duos *Güntherus* sustulit hostes,
In sanctas perimit noxas *Olearius* ædes.
Servator *Schmidius* rectæ pietatis habetur.
Qui tot dissequitur fissuris entia mundi
Panfophicos terror terrores discutit *Hardius*.
Græcæ exarescunt *Barneri* ex sole paludes,
Et, qui, *Oleariada*, paris exsiccatio fortis.
Cædibus historicas cædes *Menckenius* addit.
Cæsisque Hebraicas pestes *Ortlobius* infert.
Imo & in cathedra, valeas quid, fervidus edis,
Sive cadant, Samuel queis creditur esse sacerdos,
Sive, in judiciis homines quod, moveris, errant.
Occisor, *Polcki*! Cape sed, quid suggerat omen.
Quod moriens, nosti, Dominus mors maxima morti.
Si quondam hunc doceas, oreum deleveris orcus.

CHRI-

CHRISTOPHORUS BAIERUS,

Hirschberga Silesius.

REm Bavaram, ut Bavarus capito, *Baiere*. Per annum
Bis noni currunt ut seclī tempora quartum,
Vincuntur Bavari juncti bis fœdere Gallis,
Non procul a Bavaris, dum sole excanduit æstas,
Et sic Teutonicæ cedentes finibus oræ
Terras constituunt tranquilla in pace relictas.
Nec, *Baiere*, Tibi miseræ sunt turbine Musæ.
Has Tibi placatas primum fecere Parentes,
Mercurio in patria qui sacra placentia mactant,
Non duri in res Te curis opibusque juvantes.
Privati post hos Te sedavere Magistri.
Everti haud passa est optatam *Latio* quietem.
Et sic divitias partas *Reichwizius* offert,
Multiplicat populo varios *Gumbrechtus* honores,
Mollitiemque capit moderatam *Hoffmannus* in aulis.
Quem postquam doctis præfecit *Zitta* Camœnis,
In placidas privis studiis Te duxerat artes,
Doctrinæ superans *Weinmannus* Cæcuba poclis,
Jam Charis in patrio quæ res non asperat Hæmo,
Barbariæ & nitidis victor *Nicklaus* in armis.
Zittæ summovit sed sæva *Hoffmannus* Apollo
Rursus, ut in nullos raperent Te tristia fletus.
Aonidum patriæ Dux *Steinbrecherus* ut omnes
Quin lapides frangat, molli est Tibi mitior unda.
Lipsia sed faciem dulcem longo ordine fislit.
Ut timet haud clades innupta puella pudoris!
Ut nunc furta opibus, nunc tecto incendia parcunt!
Censibus ut multum census mercator acervat!
Ut recte excultis lætatur rusticus arvis!
Ut tutis ficus comedit sua civis in umbris!
Et Professorum hoc totus monstraverat ordo,
Imprimis magnus Tibi qui *Schmidius* que Patronus.
Templum, ad quod veniet *Baierus*, porrige vultum.
Præside nam nullus Mars hoc temeraverit aras.

Tranquillitas
Germaniæ per
duas victorias
Gallis & Bava-
ris per æstatem
in vicinia Ba-
varica ereptas
conservata.

HEINR. AUGUSTUS FRICKIUS,
Dresdensis.

Terra per ca-
lores folis æ-
stivos rimosa
ad integra-
tem per hu-
morem redu-
cta.

Functio post alias chirurgi est sectio curas,
Seu sanare ægros lubeat, seu scindere venas.
Ergo Tibi terram, *Fricki*, assignamus hiantem,
Sol quando in rimas diffindit fervidus istam.
Magna a Chirurgis namque orta est gloria, *Fricki*.
Quippe Tuo causa hac nil urbe hac nomine majus.
Sarmaticoque prius, caperet quam sceptræ, Monarchæ
Non paucis operas meritis præstabat easdem,
Qui Tibi conciliat, *Pater*, hujus munera vitæ.
Ipsa Tuis quin est res longe aptissima rebus.
Namque impleverunt sitientia pectora Musæ,
Rimofam ut terram curant, quos expetit, imbres.
Te sic exfatiat primus *Flemmigius* humor,
Jam Probsthaynenfi verbi dans pocula templo.
Weisenfelsensis mox Te madefecerat Hæmus.
Ex desideriiis post hunc Te Lipsia traxit.
Atque hic *Rabnero* haud est humectantior alter,
Cygnei humectat Pindi nunc *Krausius* haustus,
Oldenburgensis nunc mystaque *Menckius* ædis.
Menckius ut dederat Tibi jura Academica Baldus,
In cathedram ascendens siccus non amplius ares,
Pubem qui format, cum Te vel *Menckius* offert,
Junior ad claros vel *Rechenbergius* ausus.
Hicque etiam nullos tolerat *Müllerus* hiatus,
Imprimisque sacris coierunt vulnera fuccis.
Scissurasque istis nimbis *Olearius* implet,
Eusebie in doctas dudum effusissima mentes,
Pfeifferique labor fluviis sarrctissima nubes.
O quam gaudebit conspectis Vitricus istis,
Grafius accipiens census, quos solvimus aule!
Quam demta hacque siti læta est *Lascberia mater!*
Sed Tu sanatus sic mox sanaveris ægros.
Percutit ipse Deus, factis noxisque medetur.
Quod Dominus, facies, sponfa ut divina, minister.

JOH.

JOH. BENJAMIN KONHARDUS,

Lipſienſis.

Juſtitium celebrat Themidos ſolemnis æſtas,
Quando æſtu terras & gramina Sirius urit.
Jurisconſulto, *Konharde*, hoc accipe natus.
Quin & multiplices animo dum percipis artes,
Non culpanda facit mentem ceſſatio doctam.
Otia namque ſcholas noviſti dicere Græcos.
Rebus diſcendis operoſa vacatio facta eſt,
Pindi albo puerum Baldus cum *Menckius* infert,
Maxima Saxonicæ per noſtros gloria gentis.
Languendi utiliter viſa eſt conceſſa poteſtas,
Diſcentes coctus cum cenſus adultior augeſ,
Junius ut recipit Parnaffi ſceptra gubernans,
Lipſica quem decus appellat fulerumque Matheſis.
Nonque equidem in cathedra defendere viſa, quietem
Dixero. Sed dum Tu, *Wincklero* præſide, quæ viſ
Sit naturæ in juſ legis civilis ævutis
Viribus ingenii inquiris, Te ſumere vires
Non aliter certum eſt in danda negotia, quam ſi
Poſt ſomnum ad miſſos redeas reparatio actus.
Phœbi ergo placidis cingit Te gratia fertis,
Primaque involvit tranquilli tempora lauro.
Poſtquam ſedatum privati habuere Magiſtri,
Menckius hiſtorica multa intermiſſio luce eſt,
Dumque ſuo farcit *Müllerus* pectora fructu,
Compoſitum gaudet nullis in motibus eſſe.
Cognita nec magnos poſcunt Tibi jura labores,
Sua cognoscantur leges, res ſive forenſes,
Judicis officium quod dicas quodve Patroni,
Accuſare reos mens an defendere factos.
Sed tempus, cedat Tibi facta remiſſio. Phœbi
Summa ergo ad preſſas mittunt Te præmia cauſas.
Nomine quo *Genitor* dudum celebratur in orbe,
Juſtitia quem nunquam odium ſuperaverit, Heros.
Felix, ſi Tua Te tradant ſic otia cælo!

Juſtitium per
ferias æſtatis
celebratiores
ſolemnis.

CHRI-

CHRISTOPHORUS Gottlob
CNOLLIUS, Lipsiensis.

Muscarum &
culicum per
estatem affli-
gentium re-
motio.

Exulibus prognatus avis examina cur non
Muscarum & culicum, *Cnolli*, describere possis,
Æstivis quæ sunt manus infestissima castris?
Exilio afficiunt nam dogmata vera docentes,
Qui falsis vitiant sibi dedita pectora scitis.
Hique in scripturis muscæ atque insecta vocantur.
Quin, quæcunque nocent, insecta volantia dicas.
Utque movere homines calidis hæc conspicias horis,
In Te sic studium est lædentes pellere morsus.
Exemplo primum facere hoc iussere *Paterni*
Majores, habuit quos lumina Slesia verbi,
Atque in Niclæi sexagenaria Pindo
Musa *Pater*, cumque hoc molitoris filia *Mater*,
Qua Gundorffenses pascit vicinia villas.
Ipse modus patuit mentem in formantibus. In queis
Tam non grata hæret, sedes, vexatio, vitas,
Discentum in patrio pars es dum fervida Ludo.
Sic *Pater* excedit squalore uliginis, & qui
In scholico pariter fudat *Vopelius* antro.
Schwarzius ex stabulo gressu corrente recessit,
Nunc Altorffini Pindi qui lacte triumphat.
Effugit ex sylvis *Dreslerus*, grandior & qui
Crellius Eusebies nunc est in saltibus Heros.
Expediit in tristes vim visa Academia cætus,
Pfanzius accepit postquam & *Rivinus* in istam.
Pezoldus pellit patefactis agmina valvis.
Auxilium præstat *Schmidius*, quod laudo, flabellis.
Fustibus & pugnæ cædes *Müllerus* habetur,
Inter Breslenses urnas nunc nexque *Jacobi*.
Sed palmis captat morum *Jenichius* Hermes.
Menckius insidiasque strunt, non tuta voluptas
Lebmannusque suæ disponens sacchara Musa.
Oestraque sic cedunt, *Cnolli*, sic cedit asilus.
Mox majorem abiges mundi pars publica pestem.

JE-

JEREMIAS FRIDERICI,

Lipſienſis.

Multiplicem noto Te, *Friderice*, venire Fridricum.
 Nomine nam ſimilem Tecum & cognomine ducis.
Æſtivi memini danda ergo in laude caloris,
 Quam multi intendunt paulum furioſius æſtus.
 Sed mala deſcribo non tam torquentia flammis,
 In ſic ferventes fero quam medicamina furnos.
 Pro conquiſita virtute ſimulque docebo
 In duris quod ſis pax & recreatio fatiſ.
 Thomam, ſequeris quod prima in pube Lyceum
 In patria mala, quæ depellas ordine cenſet.
 Sunt ſicque anxietas *Doebnero* ſigna leonis.
 Immiſit *Schmidio* non mites *Sirius* ignes.
 Non eſt *Mattheſo* tolerabilis ira dierum.
 Per noctes ſomnos queritur *Pezoldus* abactos.
 Jam terræ impoſitas plantas *Kihnavius* uſſit.
 Jam ſolem radios *Ludovicus* ſpargere non fert.
 Auras *Erneſtus* nimium ſentitque ſeveras.
 Surgit in hos facilis ſed viſa Academia queſtus,
 Poſſiſque ut noxam remove & tollere monſtrat.
 Te petere *Erneſtus* ſic vult & *Schellius* umbras.
 Sudorem abſtergis ſtrophæis, *Ludovice*, fluentem.
 Abjectis ſumit lenimina veſtibus *Hardtus*.
Bærnerum gelida & *Pezoldum* cella recondit.
 Frondibus abſciſſis ſcenas extruxit *Abichtus*,
 Judæi ut celebrant feſta, atque *Ortobius*. Adfert
 Nato *Oleariadum* & *Genitori* veſpera rorem.
Rechenbergero fervorem aurora remittit.
 Auxilium *Schmidius* ſtatum & *Cyprianus* habebat.
 Merſit ſe fluviis *Bærnerus*, perque feneftras
 Præſidium atque fores captat *Güntherus* apertas,
Schünziades lapſo valet & *Tellerus* ab imbre.
Hornjade ſequeris, *Friderice*, exempla Pati oni.
 Nullum æſtum ille quidem ſentit nunc mortis in antris.
 Ex Domini ignitis verbo at Tu frigida promes.

In multiplicatum valde in æſtate calorem remedia.

GEORGIUS BRUCKMEIERUS,
Torgaviensis.

Rudera imagi-
nis divinæ per
æstatem in
fragis myrtis
& similibus
sponte sua pro-
veniencibus
oblata.

Quas corrupto homini præstantia prima reliquit
Per res perversas, placet in Te scribere dotes,
Bruckmeiere. Æstas paradisi munera sistit
Quippe ita, dum myrtis terras fragisque refarcit,
Absque solo culto quæ promunt munera sylvæ,
Ut fruges tellus cunctas inarata ferebat,
Aurea quum facto fluxerunt tempora mundo.
Quæ Te progenuit terris his *Trentschia* mater,
Prognatusque *Pater* prætor, Torgavia Regis
Quum Dabernenfi auspiciis dat jura colono,
Ut Domini iusti terra dominantur in ista,
Quam magno has numero nosti profundere baccas.
Sed sic, ut dixi, servata habitatio fausta est.
Artibus in sumptis qua cæterasplendet imago.
In res imperium patefecit Torga creatas.
Hocque modo *Urbanus* nos uti protulit undis.
Hac *Rosteuscherus* domuit ratione caballos,
Jure feras cepit saltus *Fecknovius* ex hoc,
Hoc *Steinbrecherus* respectu in saxaque sævit.
Lipsia notitiam fert & virtutis amorem.
Hocque facit variis *Müllerus* copia rebus,
Schellius in mores, *Bärnerus* Græcaque virtus,
Starckius Hebraicis non fluxa scientia Musis,
Dus ex historicis visis *Siberus* & *Hardius*,
Multis Eusebies pollens prudentia Confis,
Seu, quod sit Numen, *Schmidii* intellectio norit,
Et cum *Günthero* *Cyprianus*, sive potentes
Robustasque ferat vires *Olearius*, inque
Omnia *Wernerus* penetrantia lumina dicat,
Nullisque absentem videat *Carpzovius* oris.
Quod mortem ignoret præsens non dixeris ævum.
Hæcque adeo Tibi fors, atque ut perfecta vocentur,
Rudera quæ nunc sunt, veniet post ultima, fiet,
Plena amissarum quum restauratio rerum.

JE-

JEREMIAS FRIEDRICH,

Gryphiberga Silesius.

ANte alias anni partes arma expedit æstas,
 Oppida sive oppugnentur, seu prælia fiant.
 Conveniunt in Te, *Friderice*, hæc Symbola laudum.
 Gratæ equidem spiras cognomine munera pacis.
 Sed res tranquillæ sunt post certamina demum.
 Militiam primæ docuerunt facta juventæ.
 Instruxitque armis cupidum wisensis Apollo.
Ræsterus gladios profert, *Tornavius* hastas.
Rederus capiti caput est defensio Pindi,
 Nunc caput *Heiniades* Landshuttenfisque *Minervæ*.
 Thorace imprimis hic *Schwedlerus*que tegebat,
 Vis verbi, & templum quem Laubanense veretur
 Jam, *Gudius*. Visum mox Lauba eduxit in hostera.
 Ordine *Gumbrechtus*, quo fas est, vadere jussit.
 Auspicio *Hoffmannus* celsæ præcesserat aula.
 Metaturque etiam castra hic, dum *Zitta* recepit,
 Concludit *Mirus*que simul tentoria vallo,
Curtius excubuit nunc lethi ut dormiat antris,
Pierzmannus variam disciplinamque regebat.
 Lipsia quotquot erunt pugnantibus exhibet actus.
 Plumboso incussit *Ludovicus* vulnera fumo.
 Destruit inverlos *Rüdgerus* fulmine muros.
 Tympana *Jenicibus* discrimina fallere vidit,
*Weissades*que tubas, lituosque, ut *Bernardus* inflat.
 Viribus ingentes prostravit *Starckius* artus.
 Fuso *Oleariades* *Bärnerus* sanguine foedant,
Güntherus spargunt atque *Hardtus* funera campis.
 Hæreticas, Vos qui, quatitibus formidine turmas,
 Quam commilitio res hoc feliciter ibunt!
 Mireturque istud *Kochlerus* avunculus in Te,
 Mercurii id faciat felix *Glafeimius* augur,
Stuednerus patrii prudentia prima Senatus,
 Integra Lipsiacæ *Brummerus* parsque Themistos,
 Zittanisque Deum Princeps *Nesenus* & aula.

Æstas expedi-
 tionibus belli-
 cis omnium
 opportunissi-
 ma.

CHRI.

CHRISTIAN GOTTLOB Günther,
Cygnea Misnicus.

Terra in pul-
verem per æ-
statem o-
mnium pro-
clivissime &
frequentissime
resoluta.

Günthere, obrueris surgente a pulvere. Pulvis
Quippe Tibi profert dandarum Symbola laudum.
Nec mirum. Virtus futurum pulvere mersa est,
Quales contingunt fixa Tibi sorte Parentes.
Intensis radiis dissolvit robora terræ,
Ut sol, qui patrio Phœbus *Vinboldus* in Hæmo,
Et sociis operis non parcens *Freundius* æstus.
Naturam illustrat paribus mox *Grimma* figuris.
Exiguas versat sic *Petermannus* arenas.
Post trita *Ermelius* spectat frumenta farinam.
Knautbius ex medicis adducit pharmaca portis,
Cumque Atomis Atomos, capit haud quas summa, *Jacobus*.
Quæ terræ fiunt resolutæ Lipsia promit.
Dispulit, ut turbo, *Schmidius* commotio Pindi.
Non, *Ludovice*, moves molem *Ernestique* jacentem.
In cœlum ut nubes surgit *Menckenius* ingens.
Impedit objectis *Lebmannus* lumina velis,
Junius os penetrat Græcusque *Olearius* ipsum.
Jenichius fœdat vestes & *Crellius* omnes.
Quin nec, qui poterant, defunt, compescere noxam;
Güntherus teneat sedes seu rore per imas,
Pfeiffere, immittas sive inter fulgura nimbos,
Sive vias verrat Lipsensis *Weissus* Euro.
O quam Te Domini mactat benedictio donis,
Günthere! Aucturum cujus nam spondet Abrami
Instar se sobolem venturam, pulveris es pars.
Interea squalor sensim Te deserit, in Te
Petzoldus Thomana Charis dum fundit amores,
Principis in cursus referendis Numine pollens
Eschertus rebus, *Cygnæ* & *Weissus* urbi
Consus. Quid de Te desideret, accipe, pectus,
Günthere. In lethi *Güntherus* solvitur umbris,
Præconi, in cineres, cui pasta est Lipsia cœlo.
Güntherus redeas utinam hic ex pulvere templis.

JOH.

JOH. GODOFREDUS WERCHAU,
Grosbarda Misnicus.

Sedatos, *Werchavi*, habitus Te sistere, dulce est,
Gestu omni placidum, gressu verbisque modestum.
A summo, memini, canero discedere solem,
Ergo, per æstatem medianque invadere libram.
Nam justus est, strictas quandoque remittere leges,
Quod Te per totam fecisse & prædico vitam.
Colditii discis primum moderatior esse,
Dum Te pacatus format *Tischerus* Apollo.
Non durum passa est illustris Grimma rigorem,
Non *Petermannus* fuerat vis saxea, Pindi.
Dum sibi commissas totius flexit habenas.
Quando bono *Ermelius* justus non cessit & æquo,
Jus nunquam ad rigidum cujus sententia fertur?
Plus, quam fas, voluit, congestit *Knauthius* in Te,
In Tibi præbendas lex effusissima dotes.
Summaque censetur numero solvenda minori,
Exegit quoties sortem censusque *Jacobus*.
Pluribus exemplis declarat Lipsia factum.
Est cum pro nummis concessum est solvere merces.
Quam decet esse gravem, pensant leviora monetam.
Venditio, fit, cum non justa haud lædit eminentem.
Deceptus tolerat, vitiant cum mutua fraudes.
Quæ mala conductor dat, non sunt magna locanti.
Acceptos modius solet exæquare medimnos.
Amphora speratur, sed adest sextarius unus,
Et mortis redimit virgarum afflictio pœnam.
*Pfeifferus*que facit nunquam hoc conspectus iniquus.
Hebraicæ facit hoc facilis placatio Musæ,
Qui quod durum urget clemensque relaxat, *Abichtus*.
Quare fit cedens oleis *Olearius* asper?
Nuncque sua exposcit *Schmidius*, sua nuncque remittit,
Ad nos accedit solut, rursusque recedit.
Pergito, *Werchavi*. Rerum sic judice Teque
Exititerit nunquam jus summa injuria summum.

Sol ex Tropi-
co cancri tem-
pore æstivo
ad signum li-
bræ revertens.

JOHANN GOTTLIEB BAUER,

Zdunâ Polonus.

Stipata inter
operas rûticas
æstivas frugi-
bus horrea.

STipata æstivis Tibi messibus horrea trado,
Bauere. Hac namque hoc lassantum sole colonos
Per plures alias operarum dulcior haud est.
Sicque in Te doctas factas laudaverò dotes.
Queis, loca, divitias debebas ponere, purgant
Pharmaca qui portat *Genitor* per vulnera læsis
In Patria, & morbos delens *Rettigia* mater,
Guttmannus clari Phœbus Pindique fecundus,
Slesia distinctis stipanda adjudicat oris.
Breslaque *Naumanno* sic iudice tritica curat,
Sedeque *Leibscherus* qui nobiliore locandus,
Gryphius & *Kupfenderus* pro farre legebant
Et, tria, *Kranziades*, Parnassi culmina sedes
Dextras, *Springero* sed fumunt erva sinistros.
Providit *Titius*, capiat queis hordea claustris.
Pro lente atque fabis petit *Hocheisenius* altum,
Ordinibus pressis *Daschitzkyus* indit avenas.
Posteriore abdit sive anteriore, quod adfert,
Stiefius in cunctas provisio provida fruges
Parte. Modos queis res tractanda est Lipsia præstat,
Menckius admovit currus *Themis* omnis onustos.
Ascendit currus vel saltu *Olearius* actus.
Depromit *Schmidii* manus haud lassanda maniplos,
Güntheri excipiunt depromtos brachia fasces.
Sicque datos, qua par, *Pfeifferus* classe reponit.
Non madidam laudant *Bærneri* encomia messem.
Ob gravitatem offert similes *Ludovicus* honores.
Insultat pedibus, moles depressior ut sit,
Menckius historicis, græcisque *Olearius* ulnis.
Quasque notant rimas, implent *Müllerus* & *Hardtus*.
Schützius imprimis variæ est operatio curæ,
Tellerusque, Tibi quem præstitit ille faventem.
Rusticus ob plenas effundit gaudia cellas.
Horrea sed sperans Tua multa Ecclesia jactat.

SI.

SIGISMUNDUS ANDREAS Flachs.

Gieshübelä Mifnicus.

TE fovet ante alios Musarum humanior orbis,
Flachs. Cur igitur non dent Tibi nomina linum,
 Mollior ex quo fit tactis non aspera vestis?
 Atque equidem varios noto circa lina labores
 Æstivis operis. Sunt qui Zizania tollunt,
 Ne perimant legetes. Pars cum radicibus aufert
 Ex terra. Clausum cellis pars carmine semen
 A caule avellit. Lentos pars format in usus,
 Tinctum sive palus foetens, seu leniat imber.
 Mollitiemque animi quandam Tibi credimus esse.
 Primum hæc produxit *Scheumannus* vitricus in Te,
 Pirnensis populo blandissima svada Sionis,
 Gieshübelenfis postquam post fata Parentis
 Cum matre in gremium placidus facilisque recepit.
 Per curas varias multos nam præstat amores,
 Musasque ingessit tractata in pectora primas.
 Post hunc *Afra* adimit rodentes sedula punctus.
 Offenso haut infert stimulos Tibi *Lipsia* mœstos.
 Cuncta *Oleariades* clemens indusia vincit.
 Blanditias infert *Cypriani* gratia lectis.
 Menfarum mappis commendat *Abichtius* escas,
 Sudorem abstergit calido *Ludovicus* ab ore.
Schütziades lippos oculos in noxia firmat.
 Conciliant manibus *Wernero* lintea luxum.
 Tangens *Gregorius* stillantia vulnera placat,
Siberus malis vela & *Menckenius* obduat.
 Historica nosti vectos nam classe per orbem.
Güntherus tumultant quin & sic funus & *Hardius*.
 Linea mollities! Pirnensia Numina vivis
 Durentque ulterius, templorum *Lucius* alpha,
 Mitia *Grossmannus* capita & *Güntherus* in urbem,
 Confususq; adjunctus non durus *Barthius* istis!
 Et sacrum facies per sanctas linteus aras,
 Ad cultum ipse suum Dominus quem poscit amictum.

Opera circa
 lina æstivæ.

JOH. GEORGIUS FISCHERUS,

Wonsiedelia Francus.

Cancer & inter
signa cœlestia
æstiva, & inter
cibos æstivos
delicior.

PER signum æstivus cancri Soli anabillat. Infert
Pro dapibus cancris mensis ex piscibus æstas.
Fischere, hæc capias igitur Tibi symbola laudum.
Nam piscatores cancris venantur in undis.
Dumque Heilbrunnensem sectaris fervidus Hæmum,
Formantum fuerat Tibi pectora *Krebsius* unus.
Sed feis quo tendam? Fuerit præstantior annus.
In cancri ingressus quando Sol tramite currit.
Deliciasque suas cancrorum fercula jactant.
Quasque offers dotes magna excellentia tradit.
Censibus exemit Te stirps vulgaribus. In Te
Non parva ex vate in patria *Paire* gloria furgit.
Sebnizenfis *Avus* quos non concedit honores
Eusebie templi, quo progenerataque *Mater*,
Curia salvatur queis, qui præfederat aris,
Quem cultu addicto Stœckhenia perque Variscos
Culmitiumque colit devotaque Dœbra regentem.
Nobilior post hos Heilbrunna & nomine fons est.
Cæcuba sicque premit, quem dixi, *Krebsius*, & cui
Præstiterit, *Schmidius*, nil viribus omne salernum,
Quo se, *Schintlinus* pejorem Arethusaque dicat,
Et, qui, *Baschelius*, divorum nectara tollit.
Clara in Lipsiacis cuncta & generosa Camœnis.
Non est splendidius, quam, qui Te *Junius*, astrum
Suscipit, in cœli nunc stellaque sedibus *Hardus*.
Incolit Historicus non tritas *Menckius* ædes.
Eximios spirat cupidus *Lehmannus* odores.
Fama ex assumtis *Ludovico* vestibus orta est.
Jenichii patinis non ulla est gratia turdus.
Crellius in stomachum magis exoptataque mittit,
Ostrea quam maculent si cuncta aurataque mappas.
Tanta at in Sophicis quoniam exsuperantia tectis,
Doctrinæ maneat Tibi magnificentia quæ non,
Quando scripturæ disperges munera templis?

JOH.

JOH. FRIEDLIEB *Stübel*,

Annæberga Misnicus.

Non, *Stübeli*, adeo Tibi grata hypocausta videntur.
 Contemptim, ut spernas, nam parvo nomine signas.
 Conclusa ætatis quin & conclavia mors sunt,
 Arridetque magis non interceptior aer.
 Quin apta laudes meritas sic scripsero forma.
 Namque æque in liquidum famæ vis currere campum,
 Ut structuræ ætatis clausæ contemserit umbras.
 Mollis adhuc petiit loca liberiora juvenus.
 Ingenuæ *Genitor* splendor fufissimus Afræ
 Ad non compressos Musarum duxerat haustus,
 Privatæ asfiduis studiis tam præbitor artis,
 Ingenio ardenti quam publica commoda præstans.
 Non minus oclusas iussere relinquere cellas,
 Collegæ patrios qui firmavere labores.
 Nunquam se tenuit *Schreberus* in ædibus. Exit
Silligius, quoties oblata occasio passa est.
Kauderhachiades multum versatur in arvis
 Cognato affinis conjunctus fœdere dulcis.
 Sed magis in liquidas Te Lipsia miserat auras,
 Lux multa Eusebii *Olearius* ostia pandit.
 Ad *Schmidii* valvæ removentur iussa fenestris,
Barnerus gelidas gaudens incedit ad undas.
 Pro fornace colit virides *Menckenius* hortos.
 Græcum *Oleariadum* pars admiratur oletum.
 Ante fores sedit captus *Jenichius* austro.
 Sub Jove *Pfeifferus* cantu convivium mulcet,
 Jamque *Hardrum* ut fixum teneant conclavia terræ,
 Mens tamen in cœli res spectatissima luce est.
 O perge ulterius, *Stübeli*. Libera claræ
 Jam splendesque equidem provectus in atria famæ,
 Permulta in doctis visus tentamina causis.
 Sed locus ad plures patefit dispersior ausus,
 Se vix fine tenens *Alemanni* gratia Consi
 Dum jam facta Tibi probat, & majora requirit.

Loca adversus
 frigidiorum
 aerem conclu-
 sa per æstatem
 non adeo ma-
 gni habita.

HENRICUS HASTINGS,

Londino, Britannus.

Georgius I.
per æstam
Rex magnæ
Britanniæ d-
claratus.

REX declaratur Princepsque Georgius Anglis,
Ætatem lapsus donec placaverat annus.
Cur non convenient soleunia dicta Britanno,
Hastingsi? Haut equidem præsens tua gaudia præstas
Verbis devotus, genibusve, aut oscula figens.
Pectoris impediit sed nusquam absentia cultum.
Et quos venturo Domino non præstat honores,
Adveniant ex quo patriis bona plurima regnis,
Qui se civem aliis juvenis formavit in oris?
Quod facis egregie, *Hastingsi*. Vix prona decennem
Te secum ad Batavas duxit cognatio terras.
Hinc per Teutonicos Tibi contigit ire recessus.
Quæ sint, Helvetiæ monstrant Tibi climata, dotes.
Quam non Aufonii formarunt pectora tractus!
Nam sua Taurini pandunt, Florentia pandit,
Roma Tibi & Venetum Tibi magnificentia visa est,
Quodque aliæ binos urbes docuere per annos.
Sed non sufficiet, diversum errare per orbem,
Ni simul & doctas animo perceperis artes.
Ad Belgas igitur studio curaque reversus
Ultrajectenses sequeris fervente Camœnas.
Namque capis linguas, populis quas Hesperus offert,
Seu Gallus Tecum, Germanus sive loquatur.
Europæ ex mappis volupe est cognoscere partes,
Atque Indos & quos nigros sol adspicit, Afros.
Et quæ metitur, numerat, fluxitve Mathesis.
Annos Saxonibus plures das imo salinis,
Historiam ut caperes, quæ sunt, linguasque, per ortum,
Et quæ Panosophicæ propugnant dogmata sectæ.
Per quæ Teque aptum sanctis formaveris actis.
Te sicque, *Hastingsi*, recipis perfectus ad Anglos,
Acceptisque ipsum fers Te pro munere sceptris,
Lipsia profequitur, Te dum jungitque Magistris,
Per data faustam optat Regis Tibiserta coronam.

CA.

CAROLUS MATTH. DÆGENER,

Halberstadio Sax.

Dægnere, illustras scriptis illustribus orbem,
 Nam quæ Principibus fiunt, Te scribere constat
 Verbis ex Latio puris multumque politis,
 Atque in diversos mundi dimittere tractus.
 Nempe facis quod ver, fervens quodque æstas,
 Luminibus, mittit quæ sol excelsior ex se.
 Omnia pellucet namque his ætatibus anni,
 Junctæ autumnò hyemes tenebris velut omnia mergunt.
 Quin quas sectaris commendant lucida Musas.
 In contractorum stat Pindus operta dierum,
 Quem Turonum in patriis designat Episcopus oris.
 Tristitiam longæ mens est depellere noctis,
 Quando Halam torborum celebratas tendis ad ædes.
 In patria lucis rursus mox copia facta est,
 Postquam Hæmi radiis delectat *Elendius* ut sol.
 Sed sovet ante alios tam gratis Lipsia donis.
 In Sophicis primum removentur siderarebus.
Müllero atque *Hardto* non clarum est Phosphorus astrum.
 Virgineam spicam rutilans *Jenichius* abdit.
Schelliades lunam condunt & *Menckius* ipsam.
 Sed totum effundit Jurisprudencia solem.
 Ante horam quartam *Tirius* monstraverat ortum.
 Ponto *Schachero* vix hora octava recondit.
 Expositis oculis splendorem *Menckius* offert.
 Irrigio haud fas res cellas velare profundas.
 Extensas adimit rebus *Rechebergius* umbras.
 Fulgentes indit vultus *Olearius* undis.
Troppanegerus clarat *Ryffelius* auras.
Scherzzerus reprimunt cunctum atque *Hommelius* ignem.
 O lux! Quin & jam gignentum ex dote videris.
 Mercurii *Genitor* nam fax patriæque Tribunus;
 Et *Mater* superat lychnos ex Consulibus ortu.
 Perspicua imprimis fecit quos vita Patronos,
 Ventura ad nitidam perducent tempora sortem.

Æstas cum ve-
 re inter partes
 anni mundum
 quàm maximè
 illuminans.

JACOBUS ANTONIUS JACOBI,

Kirchhayna Lufatus.

Festum Jaco-
bi Apostoli in
menſem aſti-
vum Julium
incidens.

Sed Tibi Apoſtolicum deſigno, *Jacobe*, Jacobum,
Commemorandum ad quem devota impenditur æſtas.
Nomina conveniunt. Quicquid tenuitque Jacobus
Divinus, per Te pariter comprehenditur, at non,
Omnia ut ille modis plenis perfectus habebat,
Admittunt ſed queis præſentia ſecula formis.
Martisburgenſis *Kuſferus* ſplendida Phœbi
Dexteritas ſenſus non rectos tollere tentat;
Ad regnum Domini ne terrea dona ferantur,
Neve petas ſedes ad dextram, neve ſiniſtras.
Afranum docuit ſtadium, quæ ſcripſerat autor
Sanctus, poſtquam illuc *Linderus* miſerat, ad quas
Victima ſancta cadit, patriæ qui rexerat aras.
Cunctaque ſic bona de cœlo deſcendere dixit
Numen Muſarum *Stübelius* ipſe ſupremum.
Non compeſcendæ profert incommoda linguæ
Optima *Schreberus* cultæ facundia pubis.
Magna precum ardentem Muſarum pondera jactat
Orator vatis fauſtus *Silligius* inſtar.
Incertos, clamat, dubitantes ſiſtere fluctus,
Non dubias volvens ſibi *Kauderbachius* undas.
Miraculis factis Academicus arbiter æſtas.
Cum multisque capis, Sophicas quando imbibis artes.
Lehmanno febris cedit, depellitur hydrops.
Incedunt claudi non fictis greſſibus *Hardo*.
Crellius obſeſſos vexante a demone ſolvit.
Cephæ & fratri aderas ſolis, dum tormina monſtrat
Inferni *Schmidius*, *Cyprianus* ſpicula mortis,
Sudorem guttas in ſanguineasque ſolutum
Sic meritorum oleis partorum *Olearius* uber.
Cœli guſtatus ſed habes, *Günther*, Taboris.
Ergo majorem Te dico, *Jacobe*, Jacobum.
Quin vires, quando ſalvabis templa ſacerdos,
Fulmineus ſolves in tela tonantia natus.

JOH. CHRISTIANUS Keyl

Lipſienſis. 1744

Aſſumpto jactas cuneos cognomine, *Keyl*.
 Cur non convenient, æſtas quæ fulmina mittit?
 Attentisque tuas ſi res confidero curis,
 Ira percutes non laſſâ, quicquid iniquum.
 Ut ſis injuſtis cauſis aſperrimus, ipſe
 Halenſis *Genitor* monet obſervatio portæ,
 Et publi erranti immitis *Schumannia* mater.
 Tempeſtas *privis* fiebas multa *Magiſtris*
 Ante, *Scholæ* tua quam majores pectora flammant,
 Concipis in terras mittendos fortiter ignes,
 Arte ut Te farcit patriæ *Thomanus* *Apollo*.
 Æthera ſol tractis ſic namque vaporibus implet.
 Frigida viſ denſat fumos in corpora nubis.
 Motus & incluſi virtus collecta caloris
 Materiam ad latera impellit fortiffima mota,
 Et quæ tangebatur, pulſu perumpere cogit.
 Nube erumpentes motus *Academia* tenſit.
 Fulgura præmiſit mirum terrentia vultus
 Ex docti ſtellis illuſtris *Homelius* orbis.
Rüdgerus ſtreperos pavidâ capit aure tumultus,
 Attonitumque putes *Hardrum* per fulmina factum.
 Amplius haud vegetus ſenſus quod vivit in iſto.
 Diſtinctas pollet queis tanta potentia vires,
 Fert ſæva in ſævos *Jurisprudentia* cœtus.
 Vidi munitas ſedes penetrare *Philippum*,
 Diſpergit vacuas *Schacherus* tacta per auras,
 Frendensque *Hilgerus* clauſi diſcuſſio caſus.
 Flammasque æthereas ſiquando immittit in tædes,
 Ne ludos credas *Schertzeri* incendia tectis.
 Gens torta ô tortos technis oppoſito nodos,
 Durior objiciet cuneum ſe *Keylus* in Te.
 Hacque velut perdet ſœdam ratione *Gomorrham*,
 Quin ſi cœlo iterum moveant ſua bella gigantes,
 Jupiter immiſſo incenſos ſepeliverit *Ætna*.

Fulminatio-
nes.



MAURITIUS CASTENS,

Vratislaviâ Siles.

Tendentes ad
maruritatem
in æstate ple-
rique arborum
fructus.

TRamite, quo graderis, varias contendis ad artes,
Castens. Rerum sunt hæc simulacra tuarum.
Cum spectro arboreos ætatis tempore fructus,
Poma ad maturos tendunt nam pleraquæ vultus.
Dedecet ad dandas nec signa hæc vertere laudes.
Castaneæ apportas mentis nam fetela secundis.
Privati, via sit velut ingredienda, Magistri
Ostendunt primum. Quem mox Magdlena ministrat,
Gryphius instituit majores sternere calles.
Helvigijs teneram pomorum ostendere molem
Gessit adhuc, veniens sese quando ingerit ætas.
Corpus *Leubseherus* mox atque *Arletius* augent.
Matris detraxit nondum *Hocheisenius* alyum.
Vividus haud color est *Daschitzkyus*, inter acerbos
Springerus frendit, dum vult gustare, sapores.
Paulatim affirmat *Titius* dulcescere sed mox.
Stieffada & *Kupfendero* jam mollia cedunt.
Neumannus prendit nigrescere semina secti,
Albentes domini segetes qui carpit in arvis.
Electa ex multis; ut facta excussio; Pindis
Arboreos, a se distinguit Lipsia lectus.
Advertit *Schmidius* pyra, fert *Olearius* uvas.
Menkiadem, constat, malorum agnoscere sectas,
Schütziades glandes sublimi ex arbore carpit.
Berndtiades fructicis baccas miratur & *Hardus*.
Ex corylo dotes *Orelobius* adtrahit ad se.
Starckius, ut preedit, multis exotica laudat.
Nata domi melius se sistere, *Mentzius* urget.
Ad quæ, *Castensi*, venies bellaria post hæc
Perfecta æstatisque equidem jam munera novi.
Seu cerasa excellant, pyra seu, seu mala petantur.
Autumni potius sed vis serveris ad escas.
Æstatem subita, res nota, putredine perdi.
Dona hyemis sed vix autumnii frigora delent.

VAM

3. C

GE.

GEORGIUS CHRIST. WAGNERUS,

Cyanea Misnicus.

CYgnus avis patriam designat. Sumferis ergo
Wagnere, æstivo sitiunt qui tempore, corvos.
 Materiam facili studio sed laudis habeo,
 Si cur sic volueris languescat, dixero causam.
 Nempe Jovem exciperet, convivia struxit Apollo.
 Ex fonte hincque jubet lymphas accerfere corvum.
 Jussa is facturus spectabat in arbore ficus,
 Sed nondum mites. Manet hinc, dum pabula fiant.
 Passusque his rediit, prius haud quod venerit, urgens
 Quem secum occifum, fecisse obstacula, ferret
 Phæbo apportandum quod fontem obfederit, hydrum.
 Tunc Dominus: jussum spernis, mendacia dicis.
 Non impune feres. Stimulis sitientibus uram
 Per cunctos, ficus donec maturuit, annos.
 Sed Tu sincero, quod jussum est, munere præstas,
Wagnere. Hisque ipsi *Genitor* Te sensibus implet,
 Efficit in patriis nullis qui tractibus oris,
 Quod templum voluit: qui dextra erat osque Senatus,
 Et maternus *Heroldus* avus, dum funderis orbi.
 Promptum alacremque magis facit ad mandata Magistri
 More *Pater* solidi rursus quando ingerit artes,
 Teque ad majores aptum dimiserat ausus.
 Non finit ut vadas post istum Lipsia tardus.
 Fructibus hicque capit laudem *Müllerus* abundans,
 Futilis excusat nunquam quod causa morantem.
Starckius ante videt, quam credidit esse, reversum.
 Queis opus est, justis accepit *Abichtius* horis.
 Non *Oleav* iadem retinet vel Græca voluptas,
 Non causa Eusebix mors est *Olearius* ista.
 In pœnam sities, *Wagnere*, haut Tantalus ergo.
 Præmia Te sarrctis satiabunt secula mensis.
 Copia Lipsensis gaudetque hoc *Weisus* ædis,
 Gaudet in hoc patrius completio multa Senatus,
 Cygneisque rosis *Croæsus Blumbergius* aris.

Corvi per sexa-
 genos dies siti
 quam maxime
 in æstate op-
 pressi.
 Plinius Nat.
 Histor. lib. 10.
 c. 11.

Ovid. Fast. Lib.
 II. vers. 249.
 seq.

JO. FRIDER. SOMMERLATTE,
Mühlberga Misnicus.

Germina no-
varum arborum
tenera æsti-
tempore æsti-
vo adversus
injurias varias
quam maxima
cura custodita.

Accipe surgentis noviter nova germina stirpis.
Nam, *Sommerlatti*, data sic cognomina poscunt.
Ex tenerisque animo nata est præstantia Musis,
Quod Svada; sectaris opes, cultamque poesin.
Sed custoditus cum cura surculus, æstas
Munera dum fundit, quæ debet, convenit in Te.
Nam Tibi tradendas puero custodia dotes
Ad justæ adduxit similis quoque robora molis.
In patria, quas dant animalia, pellit Apollo
Noxas. *Wagnerus* causa est, ne devoret hircus,
Et ne conculcent, vaccas *Müllerus* abegit,
Hermannus gregibusque aliis hæc pascua clausit.
Depulit *Afra* suis humana incommoda factis.
Qui quercus cædant propius, *Strübelius* haut fert,
Ne lapsu aut pedibus noceant, non curribus ad se
Qui cæsa admisit *Schreberus* ligna vehebant.
Silligius pellit baccas fungosque legentes.
Gramina secturas sibi *Kauderbächius* arcet.
Arboream servant quæ pubem, cætera præstat
Lipsia. Præsidiumque Tibi *Cyprianus* habetur,
Dum jus Pindi aperit. Post asservatio multa est
Müllerus, *Schmidius*, junctusque *Olearius* istis
Junior, & mores muris *Jenicibus* abdens,
Güntberus vigilans, *Goesgenius*, ipseque primus
Hebraicæ custos Charitos qui factus *Abichrus*.
Weisus: officii admonet & *Wernerus* euntes
Siberus verbis templi & *Carpzovius* astrum.
Menckius erectis crucibus sed fecerat, orbi
Ex crucifixo & queis Domino portare salutem
Bærnero Nectar, dulcisque, *Olearius* uva est,
Qui res servandas sepe *Ernestusque* recondit.
Ne doleas raptos jam, *chare*, a morte parentes,
Quem tanta in tenera securum cura juvena
Reddit, quæ tulerit fructus, evaserit arbor.

JOH. JOBUS EGGGER,

Lubena Silesius.

Parca in sumendis non est nunc Slesia fertis.
Sex inter factos apparent namque Magistros,
Quos hæc discendis genuit provincia Musis.
Rerum, *Eggere*, Tibi sed conservantior est mens.
Æstivo, notum est, Ecclesia tempore quod nos,
Post pasta ut, doceat, Dominus tot millia, mensis,
Colligere injungat, quicquid superesset, in usus
Vasisque haud unis cophinisque tenere futuros.
Quin quæ negligitur per messem spica colono,
Sunt, qui conquirunt, & justa in commoda vertunt.
Sic doctasque Tibi dotes collegit Apollo,
Eggere. Ex plenis non solum sumis acervis,
Esuriensque manus tetigit quos nulla, relictas
Sed quoque custodis, ne, post convivia partes,
Intereant. Primum talem Te Bresla videbat,
Provida selesiorum asservatio pubi.
Görlitienfis Te similis custodia Pindus,
In quo *Grosser* conclusio summa Camœnis,
Quo non major em jactet frugalibus orbis
Ex factis. Perdit post hunc nil Lipsia. Potus
Barnerus reliquos non unquam effuderit haustus,
Ad liquida admisit venientem Academica qui Te.
Berndius ex coctis retinet nova fercula ferclis.
Casibus incertis *Goesgenius* alla reponit.
Quam vestem attrivit, servat *Rüdgerus* egenis.
Eusebia imprimis sineris non prodigus esse.
Salvi ex humana lætantur sorte clientes,
Magnifici *Schmidii* dum cura attentior in Te.
Pabula qui præbent jam vermibus inque sepulchris
Günterus templi, seniorque *Olearius* Hæmi
Pastio, respiciunt, poscit quod vita ferarum,
Seu stabulis, canibus sua, sive volantibus abant.
Vectigal celebrat virtutem hanc Tullius ingens.
Quantum, *Eggere*, Tibi sperem ergo collige censum!

Exempla pa
simonia æsti
va, fragmen
torum post pa
stum populum
collectio in
Ecclesia tradi
ta, & facta in
messe spicile
gia.

D

BEN.

BENJAMIN ACOLUTHUS,

Vratislavia Silesius.

Munificentia
æstatis.

GRatus munificos celebras, *Acolutbe*, Patronos,
Heroum Heroas, jactat quem Bresla, Senatus,
Cælo completæ qui præfidet angelus ædi,
Doctrina. claro summumque est Numen in Hæmo.
Non est *Haunoldo* donis illustrior urbis
Præfide. Non clausas seruat Tibi *Gæzius* arcas,
Larga *Helmenfeldus* visa est erectio pressio,
Exhilarat *Rotbii* propensio sponte vocatum.
Non Charis una venit, cum Te *Vollgnadius* implet,
Munere non tardo cum *Laewenbeimius* ornat,
Neumannus renovat cum pondera multa salutis,
Krantzius eximio cum Teque favore coronat.
Ergo munificas æstatis summo vires.
Quin & dum, varias, scribo, velut accipis artes,
Aptius haut aliis, *Acolutbe*, expressero signis.
Solum in viventes res sedat Bresla benignam,
Leubscheri pluviis pascunt & *Gryphius* almis.
Hanckius adjuvit vento, dextraque colentis
Neumannus, nitidis quandoque & *Krantzius* auris.
Hic quoque, quæ ratione caret, sunt commoda vitæ.
Fœnum hyemi curet seu duræ *Arletius*, inve
Campis cum gregibus *Stephanus* pascentibus erret,
Poblius aut nondum esca fit & *Daschitzkyus* arens.
Vtilis erga homines donis est Lipsia promptis.
Dat *Lebmannus* olus, *Ludovicus* porrigit herbas,
Crellius ob segetes collectas gaudet & *Hardius*.
Ob messem sperat vendendam *Olearius* aurum.
In vestes *Schmidius* lino & *Güntherus* abundant.
Berndriades parcit lychno atque *Ortlobius* igni.
Menckius esse domos jubet & *Gæsgenius* hortos,
Res cum *Müllero* pellisque est nuda *Jacobo*.
O quanta accedes, *Acolutbe*, effusio templis!
Ut *maternus* *Avus* patriis *Ortlobius* aris,
Ut *Pater* atque ut *Avus* Tibi, Bresla, arx prima 'Sionis.

JOH.

JOH. CHRISTOPHORUS RIEMER,

Hala-Saxo.

Sistendi eloquii vix symbola præbeat æstas.
 Nam volucrum retinent taciturna silentia, voces,
 Omnia quæ blando per ver modulamine mulcent.
 Te tamen a donis laudo, *Riemere*, disertis.
 Namque Hamburgensis tandem facundia cœli
 In cathedra major *Patruus* quam Tullius audit.
 Salque tuam exornat verum, sapientia, mentem,
 Qua sine non fuerit laudanda oratio Siada.
 Competere hancque fidem *Genitor* vel fecerit hac re,
 Quod salis excoctor patriis cum laude salinis.
 Halæ prima dedit Pietas, quæ consulit orbis.
 Mox te non tacita doctrina Hildesia farcit,
 Quo vocat, æthereis *Patruus* qui præsidet aris.
Lofius hicque Tibi linguæ tua robora sulcit,
 Non Numenque per hanc vulgatum *Bofius* artem.
 Parnasso in Jani mox Hamburgensis Apollo
Schulizius ora facit res concucientia cunctas.
 Cognato ad patrias Musas suasore Patrono
Schneiderus promit dicendi mella reverfo,
 Scitisque haud paucis vires *Thomasius* addens.
 Postremum in dotem hanc, potuit quod Lipsia, præstat,
 Doctoresque & sic tradunt feliciter omnes
 Omnia. Sed quid sit dicturus, ponderat ante,
 Quam menti obveniant, *Ludovicus*, cætera. Firmet
 Argumenta petit per quæ *Jenichius* ausus.
Menckiadem historicum curæ de partibus urgent,
 Principium ut faciat, sicutque objecta refutet.
 Ad magni *Trevirus* tendens Insignia mundi
 Simpliciter loquitur modo, nunc quæritque figuras.
 Quod, gestu, recitat, recitandum est, voceque rectam
 Cognitus à fructu *Müllerus* divite Pindo.
 Quos, *Riemere*, avida conquinamus aure susurros?
 Estoque, quod volucrum cantum summo verit æstas.
 Temporis in cunctas durat tua Musica partes.

Aves per æstas
 tem præsentem
 quidem, sed a
 cantu absti-
 nentes.

JOH. Gottlieb KALINSKY,

Levenio Silesius.

Adversus æ-
statem res o-
mnium facil-
lime putredi-
ne corruppen-
sem subsidia.

Inquinat æstatem facilis corruptio rerum,
Conjicit in quam vix ulli tolerabilis æstus.
Sed juvat in tantam quod sunt medicamina noxam.
Hæcque tibi tribuent præconia danda, *Calinsky*.
Nam quondam Eusebies sanctas adstabis ad aras.
Queisque malis studiis suntis hæc Diva medetur,
Non ulla horum habitus vincit putrefactio foedos.
Cura omnem antevenit metuendam provida labem,
Dum Tibi conciliat Biegenfis robora Pindus.
Quippe haud vidisti pecudes mactare *Ithionem*,
Qui Phœbi populis ut Princeps destinat escas.
Sed simul ac mactat, complet *Sebindelius* ollas,
Per doctas pariter primaria portio mensas.
In paribus visa est post istos Lipsia factis,
Inquam *Bærneri* servant Te scepra receptum.
Hicque loca ex calidis in frigida ferre jubebant,
Panlophien qui Te cunctam docuere Magistri,
Seu tua seu facerent stipendia publica promtos.
In morbum validum sal procurabat *Abichtus*,
Asperitate haud sal, sed mel Tibi melle favoris.
Ex liquidis profert sine hoc *Bærnerus* acetum,
Tam rigidoque simul nunc succo *Olearius* acer,
Güntherusque haud sic cryptæ ex fœtore remôtus.
Julia jam factam gestit depellere pestem.
Sedulus a sanis *Schmidius* nam læsa secabat.
Non dulcem dulci *Wideburgius* arcet odorem.
Hardio corruptas res juscula cocta tegebant,
Affecta vermes eum massa in stercora mittit,
Ne, *Rittmayerus*, tam turpia pascua nexsint.
O quantum auxilium templorum in fœtida surgis!
Diffuat ex quanta res sancta putredine nosti,
Amplius haud videas sive integrâ dogmata cœli,
Seu vitam occurrant mœstis vitiantia nævis.
In mala ea ulterius medicum Te finge, *Calinsky*.

JOH.

JO. VALENTINUS SCHRAM, I

Ifenaco Thuringus.

Quæ patria est, vastas offert, Thuringia, sylvas,
 Urbs, quæ Te genuit, jactat per nomina ferrum,
 Tuque cicatrices, quoties Te nomino, monstras.
 Vulnera quod si sic Tibi per venabula fiant,
Schræmmi? Venantum certe artem hanc turba resumit,
 Per tempus postquam cessat post gaudia messis.
 Rebus si que Tuis attentum accommodo vultum,
 Artes venantem varias occurrere credam.
 Per doctos Te vult *Genitor* discurrere saltus,
 Dum solet in patria sanctos lustrare recessus,
 Sacrificans animas Domini, quas ceperit, aris.
 Missum operi privi primum admovere Magistri.
 Illustris posthoc operæ fecere Lycei.
 Qua lateat, prædam indages, præcepit *Ebertus*.
 Persequitur studiis visam *Hesselbaribus* ardens.
 Multum *Zeidlerus* missio clamore valebat,
 Præstans *Junckerus* non exiguisque molossis.
 Consilio imprimis felixque *Heumannus* habetur,
 Retibus, anve ictu, manibusve apprehendere fas sit.
 Quæ loca percurras non invida Lipsia pandit,
 In campos *Schmidius* cupidum dimittit apertos.
 Per fedes senior densas *Olearius* ivit.
Rechenbergeris hant vi quod valet, insidiatur in hortis.
 Conspicitur *Trevirus* sudans per culmina montis.
 Per fœda *Ernestus* piscator stercora repfit.
 Sub Jove captavit volucres *Olearius* anceps,
 Hebraicisque plagis qui sic se tradit *Abichus*.
 Sed sic delectant, *Schræmmi*, quæ commoda quæris,
 Sive implere velis vivaria, sive culinas.
 Tempus erit, quod Te depellere noxia coget.
 Inclusa est miseris dum causa Ecclesia terris,
 Quæ timet, ursus erit, tigris, rabiesque leonum.
 Sed mala in hæc præstant Te facta proœmia fortem.

Venatio a ve-
 re cessans post
 messem in fi-
 neque adeo
 ætatis resum-
 pta.

E

JOH.

JOH. FRIDERICUS Steindorff,
Cygnea Misnicus.

Instituta per
aetatem in Ec-
clesia pro colle-
lecta messe
conciones Eu-
charisticae.

IN patriæ summi Domini in præconia templis
Per plausum *Genitor* numerorum cantica psallit,
Seu festa officium hoc, seu Sabbata sveta requirant.
Ergo Tibi decuit solennes tradere grates,
Voce sacerdotes sancta quas fundere nosti,
Integræ ut in templum collectio convenit urbis,
Frugibus aggestis messem quum finit ætas.
Quin per totam in Te Domini celebratio vitam est.
In patria illius fecit pietatis amorem
Ipse *Pater*, cumque hoc clari queis Musa Lycei
Artes diffudit per pectora chara, Magistri.
Lipfia non alium divinum in Numen habebat.
Quæ non ex *Schmidii* veniat devotio cultu,
In sanctas semper qui vox fusissima laudes?
Nostrum ad exemplum conceptum exsolvito votum,
Si voti compos, *Ludovici* iussa volebant.
Junior accipiens, quod vult, *Rechebergius* orat.
Non tacitis manibus benefacta *Olearius* aufert.
Ille etiam ostendit verus quem cultor adores,
In veteres prudens tecum nam disputat aras,
Serpentum in Numen quondam qui thura cremabant.
Ipsum autem, scribam, quæ Te laudatio ducat?
Ordine commemoras cælestis dona favoris,
Et quod non cæli vitient capienda pluentes.
Sicque, doces, cunctos divinam discere curam,
Respicit ad mundi quæ res, temeraria pellis
Omnia quique putant terræ per climata ferri.
Rerum usum svades justum, & reprehendis abusum.
Nos visquæ in fatis Domino confidere duris,
Commendas illi casus pariterque futuros.
Steindorffi, excipient dona uberiora precantem.
Nam plura his veniunt, grati qui tradita sumunt.
Nominis asperitas nec territa pectora sternat.
In panes faxa hæc Dominum nam vertere cernes.

Sed

Sed satis. Unum optem profit communibus
Ut cantata bonis. Nutrit, si fertilis, anni
Hæc pars, per totum quicquid deprenditur orbem,
Gramina in acceptum poscat, seu stramina, vi-
ctum,
Spicarum excutiunt, seu, quas munimine, fru-
ges.

Nil est, laudatas, juvenes, quod vicerit artes.
Ergo pande Tuas servanda Ecclesia cellas,
Publica res pandas granaria. Regna Canopi
Messibus ex septem per septem paverat annos
Regia, Præfectus, nosset quod somnia, factus.
Quas profudit opes nostras sed Sirius unus,
Ad plures dederint vel libera fercula mensas.

Phænomena nonnulla æstiva.

Ad universos Dnn. Magistros

per gratulationes

Epigrammaticas accommodata.

Phænomenon I.

Conditio novalium æstiva longe vexa-
tissima.

Epigramma.

PLaga per æstatem vexat non parva novales.
Rusticus in vertit, stercoreat, occat, arat.

E 2

Si-

24
77-55
Sistitis egregios non parca ex messe norales.
Non dedit exiguus sed bona tanta labor.

Phanom. II.

Nulla nundinarum per æstatem apud Li-
psiensis solennitas.

Epigramma.

L Ipsa ver. hyemem autumnum mercatibus urget,
Libera us æstas tempora quando trahit.
Ferrida fas æstum haud augere negotia solis.
Justus, qui pariter non duplicabit onus.

Phanom. III.

Messor falces ad segetes demeten-
das acuens.

Epigramma.

IN segetes acuit ferrum æstas ferrida canas,
Malleus id præstet, coteve fiat opus.
Officium faciunt non semper acumina mentis.
Obtusa, ut redeat, facta movete, vigor.



x 2374840



ACCLAMATIONES ÆSTIVÆ
IN ACADEMIA LIPSIENSI
RECTORE MAGNIFICO
Viro Summe Reverendo & Excellentissimo
DN. JOANNE SCHMIDIO,
SS. Theol. D. & Prof. Publ. Extraordinario, Eloquentiæ Ordinariorum, Acad. Decemvirorum, Alumnorum Electoralium Ephorum, Facult. Phil. & Collegii D. Virginis Seniore,
PRO-CANCELLARIO GRAVISSIMO
Viro Præ-Nobilissimo & Excellentissimo
DN. JO. BURCKH. MENCKENIO,
Phil. & Jur. Utriusque Doctore, Potentissimi Poloniarum Regis & Electoris Saxoniarum Consiliario & Historico, Histor. Prof. Publ. Fac. Phil. Assessor Majoris Principum Collegii Collegiati, & Regiæ Societatis Britannicæ Membro,
DECANO SPECTABILI
Viro Præ-Nobilissimo atque Excellentissimo
DN. ULRICO JUNIO,
Mathem. Prof. Publ. Fac. Phil. Assessore & Majori Principum Collegii Collegiati,
PHILOSOPHIÆ ET BONARUM ARTIUM
DOCTORIBUS SIVE MAGISTRIS
XVI. Calend. Martii A. S. M DCC XV & ab U. C. CCCVI
SOLENNISSIME CREATIS
factæ
a
JOH. HEINRICO ERNESTI,
Poet. Prof. Publ.

LIPSIÆ, Literis IMMANUELIS TITII.